BREVIARIUM CLAUSTRONEOBURGENSE
Klosterneuburg, Mitte 14. Jh. Seite 122r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



re. Qui cum deo. alia.
Prope esto domine omnibus
expectantibus te in veritate:
ut in aduentu filij tui domini
nostri ihesu xpi placitis tibi ac
tibus presentemur. Per eum. alia
Mentes nostras quesumus domine
lumine tue visitacionis
illustra ut esse te largien
te mereamur et inter pros
pera humiles et inter adver
sa securi. Per eundem. alia.
Preces populi tui quesumus domine
clementer exaudi: ut qui
de aduentu vnigeniti filij
tui secundum carnem le
tantur in secundo cum ve
nerit in maiestate sua premi
um vite eterne percipiant. Per.
Pro quesumus omnipotens deus alia
ut aduentus gloriosissimi
filij tui et peccata nostra ab
luat: et pacem populo tu
o conferat et salutem. Per eundem.
Dominica secunda Cap.
Fratres: Quecumque
scripta sunt ad nostram
doctrinam scripta sunt.
ut per pacienciam et consola
cionem scripturarum spem
habeamus. Deo. aliud
Deus pacientie et solacij
det vobis idipsum sapere in
alterutrum secundum ihesum
xpm ut vnanimes uno
ore honorificetis deum.
et patrem domini nostri ihesu xpi. aliud
Fratres. Suscipite inui
cem sicut et xpus suscepit
nos in honore dei. aliud
Deus spei repleat nos omni
gaudio et pace in creden
do: ut habundetis in spe
et virtute spiritus sancti. aliud
Domus iacob venite
et ambulemus in lumine
domini dei nostri: Deo. aliud.
Tu bethleem effrata ne
quaquam parvula es in milibus
iuda ex te enim michi e
gredietur qui sit dominator
in israhel et egressus eius
ab initio a diebus eternitatis.
Hec dicit dominus aliud